

Handwritten signature or name in a cursive script.

*Siffo sapiens: Crati piperamentis aurum:
na sapiens nullo tempore iuuu inopa.*

XXIII. J. H.

439K - C

Handwritten text on the left margin, partially obscured and difficult to decipher.

*Linza
Nicolaus W. B. Professor
hujus libri p.*



D $\frac{4}{2000}$

*2851
1572*

R. 4.047

QV ID P A R O E M I A .



Arœmia (definitore Erasmo) est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne: vt Dictum generis, Celebre differentie, Scita quapiam nouitate insigne, propriij vicem obtineat.

Quid Parœmia proprium, & quatenus.

Peculiariter autem ad prouerbij rationem pertinent duo: vti celebratum sit, vulgoq; iactatum. Deinde de scitum, vt aliqua seu nota decernatur à sermone ~~generis~~, id verò erit quod antiquitate pariter & etiam ~~etiam~~ commendetur. Celebritas autem Adagiorum est ex oraculis numinum, sapientum dictis, poëta quopiam maximè vetusto: Scena, hoc est, Tragicorum & Comicorum actis fabulis, fabularum argumentis, apologis, euentu, historijs, apophthegmatis, verbo tonare dicto. Denique mores, ingenium, seu gentis sue hominis alicuius, siue etiam animantis. Postremo rei quoque vis quæpiam insignis ac vulgò nota, locum faciunt Adagio.

Quibus ex rebus nouitas accedat Parœmie.

Nouitatem nonnunquam ipsa res secũ adfert, nonnunquam eam figura conciliat, vt Metaphora, quæ potè semper adest, & multas partes complectitur, Hyperbole, Aenigma, quod nihil aliud est, quàm obscurior Allegoria, Allusio, nonnunquam Διάλεκτος, id est, verbi proprietates: Ambiguitas, item eloquendi nouitas, quanquàm hæc ipsa nouitas proficiatur à fi-